# Heves Megyei Levéltár

# Egri Káptalan Hiteleshelyi Levéltára

# XII-1/37 No. 229 390-391. pag.

# 1745

No. 229 # Contradictio Familiae Hegedüs 30. Januarii 1745. [illegible]



Nos Capitulum Ecclesiae Agriensis, &c. Damus pro memoria, quod Nobiles Josephus, et Mathaeus Hegedüs die Emanationis praesentium nostram personaliter venientes in Conspectum per modum Solemnis protestationis, Contradictionis in, et prohibitionis fecerunt, quam ejusmodi protestationem Contradictionem in, et prohibitionem latino Idiomate Conceptam, ac in scriptum redactam nobis ad authenticandum Scripto exhibuerunt, et praesentarunt tenoris sequentis.

# Cum Suo originali Comportatum

Dominibus et in Personis Illium Senioris et junioris Stephani, Joannis item Antonii, Mathiae, Josephi, Mathaei, et Petri omnino Hegedüs Compossessorum videlicet Possessionis Hajol Inclyti Comitatus Heves, et Exterioris Szolnok adjacentis per modum, et formam Solemnis protestationis, et Contradictionis Coram Venerabili Capitulo Agriensi deteguntur sequentibus, Qualiter videlicet: ipsis protestantibus pro Certo innotuisset quod die Vigesima secunda nunc decurrentis Mensis Januarii Nlis Helena Filia Michaelis condam Feher portionem se et proles suas Concernentem in eadem Possessione Hajol habitam Egrio Joanni Feher Consorti ejusdem Nli Annae Szikó Coram antelato Venerabili Capitulo celebrata fassione perennali mediante vendidisset, nulla praehabita erga protestantes lege requisita admonitione Judiciaria, et abalienasset in summum praejudicium Iurium protestantium, Unde etiam ne ejusmodi Venditioni perennali, et abalienationi consensum suum praebere per taciturnitatem videantur, eidem contradicunt protestando et protestantes contradicendo Coram Venerabili Capitulo palam publice, et manifeste reservantque sibi portionem praescriptam reivindicandi omnimodam facultatem; quin imo et antedictos Emptores ab omnimodo usu portionis illius inhibent, et prohibent super cujusmodi protestatione Contradictione in, et prohibitione in protocollanda Solitas Testimoniales sibi extradari humillime instarent.

Super qua modo praemisso interpositis ac nobis sic ut praemittitur ad authenticandum exhibitis et praesentatis Scriptis

Praenarrata Protestatione, Contradictione in, et prohibitione
Praesentes Lras Nras Testimoniales Sigilli nri Caplaris usua-
li et authentici munimine roboratas, jurium antedicto-
rum Protestantium futuram ad cautelam describturas extradan-
das esse duximus et concedendas, communi suadente justitia.
Datum Agriae Sabbatho proximo ante Dominicam Quar-
tam post Epiphaniam. Anno a partu Virginis Millesimo
septingentesimo quadragesimo quinto. Joanne Dris Prae-
posito Majore, Georgio Boglár Lectore, Andrea Puspöky Canto-
re, Joanne Komarothy Custode, Josepho Vagner Cathed-
rali, Alexandro Marothy B.V. Mariae, Sigismundo
Antonio Zrajka S. Petri Praepositis de Castro Agriensi,
Daniele Vulkan Sarotied de Tarczafeö Abbati, Dnis
Francisco Deak, Mathia Huber, et Michaële Ambrosi
ejusque Canonicis Magistris in Ecclesia DEI jugiter famulantibus.

NB: Cum suo originali comportatum

No 230

Anno 1745. Die 19na Mens. Febr. Rndissimi Dni Daniel